



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 4. Familiaria Sanctis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

tudine, purpureo colore in flavum vergente specie pulcherrimâ) eas Josephus Brasílico sermone alloquens: ite, inquit, cognatas vestras accersite, nostrumque iter, volatu vestro obumbrate. Illæ extento collò vocem, quasi accepti imperii signum misere, indeque avolantes paulò post magno cum grege rediere; densatæque in nubem, tamdiu eandem supervolantes umbram fecere; donec, spatio leuca unius decursò, lenis cepit afflare aura Favonii. Tunc Pater avium dimisit comitatum. Illæ quasi imperio perfunctæ, officiosâ crocitate, & multis lætitiæ signis, avolarunt. Jb. plura vide ibidem.

§. III.

Animalium refugia ad Sanctos.

CLothariò Britannia rege venationi indulgente, aper à venatoribus actus, ad Deicolam Abbatem confugisse dicitur, & tutum in ejus sinu reperisse asylum. Nieremb. l. 2. nat. hist. c. 5. Item Boll. 18. Jan.

Cervus à venatoribus, & canibus in venatione exagitatus ad S. Humbertum Ep. confugit, & se sub pallio illius composuit, venatoribus persequi non audentibus: quia repentino terrore correpti divinitus, gressus reflexerunt. Id. 25. Martii.

S. Ægidius Abb. ad ostia Rhodani solitarius cervâ lac præbente vixit; sed à venatoribus exagitata cellam ipsius petiit, & solito mœstius immugiens ante senis pedes provoluta jacuit; ut cujus humanitatem diu experta fuerat, ejus etiam auxilio ab imminente periculo tegetetur. Nieremb. hist. de animal. l. 9. c. 95.

S. Albertus Eremita, cum in agro quâdam die operaretur, in leporem incidit; qui non modò non profugit, sed capi se familiariter sivit: cumque cum loci occidere vellent, liberum dimisit. Post paulò insectantes fugiens venatores ad virum Dei denuò accurrit; qui ipsum mox intrâ tunicæ suæ manicam abscondit. Boll. 7. Jan.

TITULUS XXI.

A N N U S.

ÆGypti per Palmam in suis hieroglyphicis significabant Annum: quia singulis quibusque mensibus ramum profert, & sic 12. ramis annum integrum significat. Jo. Orosius fer. 2. post Dom. Pass.

Annus novus.

Idolorum cultores Jano duas facies figurarunt; unam, quæ præteritum annum videtur aspicere, aliam, quæ futurum. Faustinus Ep. in sermone.

Primum, & novum sacrificium Testamenti veteris oblatum in mense Nisan, ad quod ignis divinitus missus est. Dies fuit oclava. Dies verò 14. ejusdem mensis Nisan, dies fuit Sacrificii novi, testamenti novi, Eucharistiæ. Fuit dies novi ignis, eximii amoris. Sic Deus dilexit &c.

S. Catharina Svecica, filia S. Brigitte, virum cum more nobilium damam cum canibus venaretur, contigit S. Catharinam fortuito per viam ipsius luci transvehî: ad quam fera lassâ confugiens caput suum in sinu ejus reclinavit. Virò, & aliis advenientibus, ostendit feram sub pallio latentem; eidem petens, & impetrans, libertatem. Id. 24. Martii.

Inter Hispaniam, & Hiberniam, est locus quidam, qui ob reverentiam S. Brendani, aliorumque loci illius Sanctorum, hominibus, pecoribus, feris, refugium præstat inauditum. Cervi, apri, lepores, &c. cum canes è vestigio sequentes nullatenus fugere possent se præsentiant, ad locum illum accurrunt; ubi rivulum pertransierunt, canes cursum sistunt, nec ulterius insequuntur. Nieremb. lib. 2. de miraculosis naturis Europæ c. 12.

§. IV.

Animalia familiaria Sanctis.

AD Rhemigium Rhemensis Ep. passerem ad volare solitos, accepimus, & de manu ejus certatum cibum petere, & capere. Nieremb. de animal. l. 9. c. 95.

S. Franciscus Seraph. cum aliquando in horto inter fruteta deambulet, cicada scilicet iniquam linquens supra evocantis manum confedit; & Deum laudare iussa, voce tremulâ suaviorem solito stridorem edidit. Id.

Erat Anchieta usitatum, quotidie dimisso catechismo, ad vires animi recreandas, in agro aliquantisper ambulare, atque è Codice horario, et si nondum sacris ordinibus initiato, solemnem diei psalmodiam percurrere. Observatum est per sæpe, admirandæ speciei aviculam, multis, pulcherrimisque coloribus distinctam, ad ipsum solitam eò tempore advolare, tripudiòque hilari, modò illis humeros, modò brachia, librumque insilire. Ex vita.

Calendis Januarii Deuteronomium Moyses populo promulgavit. Undecimâ enim mense, *primâ die mensis*, ait Scriptura Deut. 1. Cum autem primus mensis Hebræorum fuerit Nisan, undecimus erat Januarius. Hujus rei figuram implevit Salvator, hoc eodem die novam legem sanguine suo in circumcissione faciendi, & vitæ Christianæ velut exordium exhibendo. Primus anni dies sanguine dedicatur, ut olim in Nisan agni immolatione. Bayerinc. L. I.

Serenissima, piissimâque Isabella Belgarum princeps nocte postremâ ejusque anni lampadem jubeat accendi coram eburnea Crucifixi statua, (quam Philippo II. parenti ejus Pius V. dono miserat) juxta lectum collocatam; ut, cum Calendis Januarii evigilaret, primum obtutum, cogitationemque, jaceret in Christum è cruce